



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 48. Conditiones pro libertate Galliarum Regis Carolo oblatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

rum administratione, cæremoniis, aliis- Sæcul. XVI.  
que Ecclesiæ ritibus: Insuper fuit san- A.C. 1526.  
citum, in quovis Pago nonnullos esse  
constituendos, qui unacum Magistrati-  
bus, publicisque Curiæ Ministris cum  
omni cura & sollicitudine invigilent, ut  
quævis immutatio impediretur, trans-  
gressores vero denunciarentur, ac puni-  
rentur. Nihilominus contra septem il-  
las Eckii propositiones Zwinglius, qui  
disputationi interesse non audebat, li-  
bellum vulgavit; ex adverso autem Jo-  
annes Faber ingentem edidit numerum  
antilogiarum, quas ex Zwinglii ac Lu-  
theri doctrina depromperat; pari etiam  
Religionis studio Murnerus utriusque  
hæresiarchæ crimina, ac sacrilegia de-  
texit. Idem quoque Faber Oecolampa-  
di libros castigavit, atque ex illis plus-  
quam centum quinquaginta recensuit  
mendacia.

### §. XLVIII.

#### *Conditiones pro libertate Galliarum Regis Carolo oblatæ.*

Interea Joannes Selva primus Parisien-  
sis Senatus Præses, & Montmoren- Memoir. hi-  
tius Dux nomine Galliarum Regis cum floirq. & po-  
Cattinnario & Antonio de Palmos Cæ- litiq. de la  
faris Oratoribus affidua Madriti habe- Maison d'  
bant colloquia, in quibus de libertate autricketom.  
I. p. 226.

**Sæcul. XVI.** Francisci I. ultro citroque agebant.  
A.C. 1526 Tandem vero post crebras utrinque contentiones de sequentibus conventum est conditionibus. I. Franciscus Rex omnia sua jura, titulosque in Mediolanensem ditionem non minus, quam in Neapolis & Siciliæ Regnum missos faciet. II. Borbonio omnes ditiones, & prædia restituet, ac damna eidem a tempore sui e Galliis discessus illata resarciet. III. Angliæ Regi debitam pecuniarum summam solvet. IV. Lytrum Cæsari ab ejus Deputatis præscribendum pro libertate recuperanda pendet. V. Imperatorem cum exercitu terrestri, ac maritimo ad suam coronationem euntem comitabitur.

## §. XLIX.

*Cæsar is consensu s in pacem cum Galliarum Rege.*

Verum Cæsar hisce conditionibus nec dum contentus erat; unde Franciscus Galliarum Rex diuturnæ captivitatis tædio adactus Selvam Præsidem, ac Montmorencium Ducem die secunda Januarii Anno Salutis millesimo quingentesimo vigesimo sexto adesse iussit, dato utrique negotio, ut quovis demum pacto Regis sui libertatem procurarent, hancque in rem quæcunque peterentur, omni-